**S**E Silio nihilo plura cognoui ex p̄senti Sicca, q̄ ex literis tuis, scripseras em̄ diligēter. Si igit̄ tu illū cōueneris, scribes tu ad me, si qd videbit̄, de quo putes ad me missum esse. sit missum, nec ne, scio dictum qdē mihi. Certe nihil extinguit̄, vt cōepisti. Et si qd ita cōficiēs, qd nō equidē arbitror fieri posse, vt illi p̄bet̄, Ciceronē, si tibi placebit̄, adhibebis, eius aliqd̄ interest̄ videri illius causa voluisse, mea qdē nihil, nisi id, qd tu scis, qd ego existimo. Qz me ad cōsuetudinē reuocas, fuit meū quidē iā pridē rēp. regere, qd faciebā, sed (intererat em̄, vbi acquiescerē) nūc plane nec ego victū, nec vitā illā colere possum: nec in ea re, qd aliis videatur, mihi puto curādū. Mea mihi cōsciētia pluris est, q̄ hominū sermo. Qz me ipse p̄ literas cōsolatus sum, nec p̄nitet me quātū p̄fecerim, m̄erorē minui, dolorē nec potui, nec, si possem, vellē. De Triario, bene interpretaris volūtate meā, tu vero nihil, nisi vt illi volēt. Amo illū mortuū, tutor sum liberis, totā domū diligo. De Castritiano negotio, si Castritius Romanū cupit, is pecuniā accipere volet, eāq̄ sibi solui, vt nūc soluit̄, certe nihil est cōmodius. Sin autē ita actū est, vt ipsa mācipia abduceret, nō mihi videt̄ esse equū. Rogas em̄ me, vt tibi scribā, qd mihi videat̄. nolo em̄ negotiū Q. Fratrem q̄q̄ habere, qd mihi videor intellexisse, tibi vidgrī idē. Publius, si aequinoctiū expectat, vt scribis Atediū dicere, nauigaturus videt̄. mihi autē dixerat p̄ Siciliā, vtrū & quādo, velim scire. Et velim aliquādo, cū erit tuū cōmodū, Lētulū puerū visas: eiq̄ de mācipiis, q̄ tibi videbit̄, attribuas. Pylie, & Atticę salutē. Vale.

T.P. ATTICO.



**S**ilius vt scribis, hodie. cras igit̄, vel potius cū poteris, scribes, si qd erit, cum videris. Nec ego Brutum vito, nec tñ ab eo leuationē vllā expecto: sed erāt causę, cur hoc tēpore istic esse nollem: q̄ si manebūt, q̄rēda erit excusatio ad Brutum, & vt nunc est, mansurę vidētur. De hortis, quęso explica, caput illud est, qd scis. Sequitur vt etiam mihi ipsi quoddam opus sit, nec em̄ esse in turba possum, nec a vobis abesse. Huic meo cōsilio nihil reperio isto loco aptius. De hac re quid tui cōsiliū sit, mihi persuasum est, & eo magis q̄ idē intellexi tibi videri, me ab Oppio, & Balbo valde diligi. Cū is cōmunices quantopere, & quare velim hortos, sed ita posse, si expediatur illud Faberianum. Sin igitur auctor es futuri, si qua etiā iactura faciēda sit in representādo, qd possum, adducito. Tū em̄ illud desperatū deniq̄ intelliges, & quid inclinēt ad hoc meū cōsiliū adiuuandū. Si qd erit, magnū est adiumentū: sin minus, quacunq̄ ratione cōtendamus, vetus illud *ἐπιγναμμα* quemadmodum scripsisti, vel *ἐπιτάκιον* putato. De illo Ostiensi nihil est cogitandum, si hoc nō assequimur, a Lamia non puto posse, Damasippi experiendū est. Quęro quid ad te scribam, sed nihil est: eadē quotidie. Qz Lentulū inuisis valde gratū, pueros attribue ei, quot, & quos videbitur. De Silii volūtate vēdēdi, & de eo quātū, tu vereri videris primū ne nolit, deinde ne tātī. Sicca aliter, sed tibi assentior. Quare, vt ei placuit, scripsi ad Egnatiū. Qd Silius te cū Clodio loq̄ vult, potes id mea volūtate facere, cōmodiusq̄ id est, q̄ qd ille a me petit, me ipsum scribere ad Clodiū. De mācipiis Castritianis, cōmodissimū esse credo trāsigere Egnatium. Qd scribis te ita futurū putare cū Ouia, q̄so quidē vt cōficiat. Quoniā, vt scribis, nox erat, in hodierna epistola plura expecto. Silii mutasse sententiā Sicca mirabat̄. Equidē magis miror, q̄ cū in filiū causam conferret, q̄ mihi nō iniusta videt̄ (habet em̄, qualem vult) ais te putare, si addiderimus aliud, a quo refugiat, cū ab ipso id fieret, destinatū venditurū. Quęris a me, qd summū precii cōstituat, & quātū anteire istos hortos Drusi, tantū accessi p̄pius, nūq̄ Coponianā villā veterē, & nō magnā. Noui syluā nobilē, fructū autē neutrius, qd tamē puto nos scire oportere. sed mihi vtrius istorū tēpore magis meo, q̄ ratione estimādī sunt. Possim autē assequi nec ne, tu velim cogites. Si em̄ Faberianū venderē, explicare vel representatione nō dubitarē. De Silianis, si modo adduceret vt venderet: si venales nō haberet, trāfirē ad Drusum, vel tātī, quātū Egnatius illū velle tibi dixit. Magno etiā adiuuētō nobis Hermogenes potest esse in representādo. At cōcede mihi q̄so, vt eo aio sim, quo is debeat eē, q̄ emere cupiat, vel seruiat cupi ditari, & dolori meo, vt a te regi velim. Egnatius mihi scripsit, is, si qd tecū locut⁹ erit (cōmodissime. n. p. eū agi potest) ad me scribes, & id agēdū puto. Nā cū Silio nō video cōfici posse, Pylie, & Atticę salutē. Hęc ad te mea manu. Vide q̄so qd agēdū sit. Publia ad me scripsit, matrem suā cū Publio loquier, ad me cū illo vēturam, & se vna (si ego paterer) moraturā. Orat

Poenitet.

Aequinoctiū expectare.

† Auia!



## Epistol. ad T. P. Atticum

multis, & supplicibus verbis, ut liceat, & ut sibi rescribam. res quae molesta sit, vides. Rescripsi, me etiam grauius esse affectum, quam tum, cum illi dixissem, me solum esse velle. quare nollem hoc tempore eam ad me venire. Putabam, si nihil rescripisssem, illam cum matre venturam, nunc non puto. apparebat enim illas literas non illius esse. Illud autem quod fore video, ipsum volo vitare, ne ille ad me veniant, & vna est vitatio, & ego nolle, sed necesse est. Te hoc nunc rogo, ut explores aliquam diem, hic ita possim esse, ut ne opprimar. Ages, ut scribis, temperate. Ciceroni velim hoc proponas, ita tamen, si tibi non iniquum videbitur, ut sumptus huius peregrinationis (quibus si Romae esset, domumque conduceret, quod facere cogitabat, facile contentus futurus erat) accommodet ad mercedes Argiletii, & Auentini. & cum ei proposueris, ipse velim reliqua moderare, quemadmodum ex his mercedibus suppeditemus ei quod opus sit. prestabo, nec Bibulum, nec Accidinum, nec Messalam, quos Athenis futuros audio, maioris sumptus facturos, quam quod ex eis mercedibus recipietur. Itaque velim videas, primum conductores qui sint, & quanti: deinde, ut sit, qui ad diem soluat, & quid viatici, quid instrumenti satis sit. iumento certe Athenis nihil opus sit: quibus autem in Villa utatur, domi sunt plura, quam opus erat: quod etiam tu animaduertis. Ego, ut heri ad te scripsi, si & Silius is fuerit, quem tu putas, nec Drusus facilem se prebuerit, Damaspum velim aggrediari. Is opinor, ita partem fecit in ripa nescio quotenorum iugerum, ut certa precia constitueret, quam mihi nota non sunt. Scribes ad me igitur, quicquid egeris. Vehementer me sollicitat Atticæ valetudo nostræ, ut verear etiam, nequa culpa sit. sed & pedagogi probitas, & medici assiduitas, & tota domus in omni genere diligens, me rursus id suspicari verat. Cur igitur! Plura enim non possum. ego hic vel sine Sicca (Tironi enim melius est) facillime possem esse, ut in malis. Sed cum scribas videndum mihi esse, ne opprimar, ex quo intelligam te certum illius perfectionis die non habere, putavi esse commodius me istuc venire, quod idem video tibi placere. Cras igitur in Sicca suburbano: inde quem admodum suades, puto me in Ficulensi fore. Quibus de rebus ad me scripsisti, quonia ipse venio, coram videbimus. Tuam quidem, & in agendis nostris rebus, & in consiliis inuendis, mihi quod dandis, in ipsis literis quas mittis benevolentiam, diligentiam, prudentiam mirifice diligo. Tu tamen, si quod cum Silio, vel ipso die, quo ad Siccam venturus ero, certiore me velim facias, & maxime cuius loci detractionem fieri velit. Quod enim scribis extremo, vide ne is ipse locus sit, cuius causa de tota re (ut scis) est a nobis cogitata. Hircii epistolam tibi misi, & recentem, & beneuole scriptam. Ante, quam proxime discessi, nunquam mihi venit in mentem, quo plus insumptum in monimentum esset, quam nescio quid, quod lege conceditur, tantum de populo dandum esse, quod me magnopere moueret, nisi nescio quomodo *ἀλόωσ*, fortasse nolle illud villo nomine nisi Fani appellari. quod si volumus, vereor ne assequi non possimus, nisi mutato loco, hoc quale sit, quod consideras. Nam etsi minus urgeor, meque ipse pro modum collegi, tamen indigeo tui consilii. Itaque te vehementer etiam, atque etiam rogo, magis quam a me vis, aut patetis te rogari, ut hanc cogitationem toto peccatore amplectare. Fani fieri volo, neque hoc mihi erui potest, sepulcri similitudinem effugere. Non enim tam propter poenam legis studeo, quam ut maxime assequar *ἀποθέωσιν*, quod poteram, si in ipsa villa facerem. Sed, ut sepe locuti sumus, commutationes dominorum reformido. In agro ubicumque fecero, mihi videor assequi posse, ut posteritas habeat religionem. Hæc me tibi ineptie (fator enim) ferende sunt. non habeo ne me quidem ipsum, quem tam audacter comunicem, quanta sint ibi res, si locus, si institutum placet. Lege queso legem, mihi quod eam mitte. Si quod in mentem veniet, quomodo eam effugere possimus, utemur. Ad Brutum si quod scribes, nisi alienum putabis, obiurgato eum, quod in Cumano esse noluerit propter eam causam, quam tibi dixi. Cogitanti enim mihi nihil tam videtur potuisse facere rustice. Et si tibi placebit sic agere de Fano, ut coepimus, velim cohortere, & exacuas Cluatium, nam etiam si alio loco placebit, illius nobis opera, consilioque utendum puto. Tu ad villam fortasse cras. A te heri duas epistolas recepi, alteram pridie datam Hilaro, alteram eodem die a tabellario, accepique ab Aegypto literas eodem die, Pyliam, & Atticam plane belle se habere. Tuæ literæ mihi redditæ sunt tertio decimo die. Quæ mihi Bruti literas, gratum ad me quoque misit, eam ipsam ad te epistolam misi, & ad eam exemplum mearum literarum. De Fano, si nihil mihi horrorem inuenis, siquidem tibi inueniendi sunt, si me tanti facis, quantum certe facis, valde probo rationem tuam de Tusculano. quis prudens ad cogitandum sis, sicut es, tamen nisi magnæ curæ tibi esset, ut ego consequerer id, quod magnopere velle, nunquam ea res tibi tam belle in mentem venire potuisset. sed nescio quo pacto celebritatem regro. Itaque hortos mihi conficias necesse est. maxima est in Scapulæ celebritas, propter quod ubi sis, ne totum diem in villa. Quare ante, quam disce-

Quotenorum iugerum.

Fanum petit.  
Sepulcrum fugit.  
Apotheo fin ambit.

Cluatius.  
Recepi.  
Hilarus.

Quis sis sicut es.

dis, Othonē, si Romę est, cōuenias puellim. Si nihil erit, etsi tu meā stultitiā cōfuesti ferre, eo tamē p̄grediar, vt stomachere. Drusus em̄ certe vendere vult. si ergo aliud erit, nō mea erit culpa, nisi emero. qua in re ne labar, quęso p̄uide. p̄uidēdi autē vna ratio est, si qd de Scapula lanis possum. Et velim me certiorē facias, q̄diu in Suburbano sis futurus. Apud Terētiā gratia opus est nobis, tuaq̄ auctoritate. sed facies, vt videbit. Scio em̄, si qd mea interfit, tibi maiori curę solere esse q̄ mihi. Hircius ad me scripsit Sextū Pōpeiū Corduba exisse, & fugisse in Hispaniā citeriorē: Cn. fugisse nescio quo, neq̄ em̄ curo. Nihil p̄terea noui. Literas Narbonę dedit. XIII. Cal. Maii. Tu mihi de Canini naufragio quasi dubia remisisti. Scribas igit̄, si qd erit certius. Q̄ me a męstiria vocas, multū p̄ficiēs, si locū Fano dederis. Multa mihi <sup>ei q̄</sup> <sup>θείωσιν</sup> in mētē veniūt, sed loco valde opus est. quare etiā Othonē vide. Nō dubito, quin occupatissimus fueris, q̄ ad me nihil literarū, sed homo nequā, q̄ tuū cōmodū nō expectarit, cū ob eā vnā cām missus esset. nūc qdē, nisi qd te tenuit, suspicor esse in Suburbano. At ego hic scribendō dies totos nihil equidē leuor, sed tamē aberro. Asinius Pollio ad me scripsit de impuro nostro cognato, qd Balb⁹ minor nup̄ satis plane, Dolabella obscure, hic apertissime. Ferrē grauit̄, si nouę egrimonię locus esset. Sed tamē, qd impurius: O hoīem cauēdū. q̄q̄ mihi q̄dem, sed tenēdus dolor est. Tu quoniā necesse nihil est, sic scribes aliqd, si vacabis. Q̄ putas oportere p̄uideri iā aī meī firmitatē, grauiusq̄ quosdā scribis de me loqui, q̄ aut te scribere, aut Brutū, si q̄ me fractū aīo, & debilitatū putāt, sciēt qd literarū, & cuius generis cōficiā. Credo (si mō hoīes sint) existimēt me, siue ita leuatus sim, vt animū vacatū ad res difficīles scribēdas afferā, rephēdēdū nō esse: siue hāc aberrationē a dolore delegerim, q̄ maxime liberalissima, doctōq̄ hoīe dignissima, laudari me etiā oportere. Sed cū ego faciā oīa, q̄ facere possum ad me adiuuādū, tu effice id, qd video te nō min⁹, q̄ me laborare. Hoc mihi debere videor, neq̄ leuari posse nisi soluero, aut videro me posse soluere, idest locū, qualē volo, iuenero. Heredes Scapule, si istos hortos, vt scribis tibi Othonē dixisse, partib⁹ quattuor factis, liceri cogitāt, nihil est scilicet emptori loci: sin venibūt, qd fieri possit videbim⁹. nā ille locus publicanus, q̄ est Trebonii, etiā Cusini, erat ad me allatus, sed scis areā esse, nullo pacto p̄bo. Clođię sane placēt, sed nō puto esse venaleis. De Drusi hortis quīs ab his abhorreas, vt scribis, tñ eo cōfugiā, nisi qd inueneris. Aedificatio me nō mouet: nihil. n. aliud edificabo, nisi id qd etiam si illos nō habuero. <sup>κίρη</sup> mihi sic placuit, vt cetera Antisthenis hoīs acuti magis, q̄ eruditi. Tabellarius cū ad me sine literis tuis venisset, existimaui tibi eā causam nō scribēdi fuisse, q̄ pridie scripsisses ea ipsa, ad q̄ rescripsi hac epistola. Expectaram tamē aliqd de literis Asinii Polliōis, sed nimis ex meo otiiū expecto. q̄q̄ tibi remitto, nisi qd necesse erit, nec ne habeas scribere, nisi eris valde otiosus. De tabellariis facerē qd suades, si essent vllę necessarię litterę, vt erāt olim, cū tamē breuiorib⁹ diebus quotidie respōdebāt tēpori tabellariū, & erat ali quid Silius. Drusus alia quēdā, nūc nisi Ortho extitisset, qd scriberemus, nō erat. Ipsum dilatatum est, tamē alleuor, cū loquor tecū absens, multo etiā magis cū tuas literas lego. Sed quoniam & abes (sic em̄ arbitror) & scribēdi necessitas nulla est, conuiescent litterę, nisi quid noui extiterit. Qualis futura sit Cęsarīs vituperatio cōtra laudationē meā, perspexi ex eo libro quē Hircius ad me misit, in quo colligit vitia Catonis, sed cū maximis laudib⁹ meis. Itaq̄ mihi si librū ad Muscā, vt tuis librariis daret. Volo em̄ eū diuulgari: qd quo facilius fiat, imperabis tuis. <sup>συμβολικὸν</sup> sepe conor, nihil reperio, & quidē mecū habeo & <sup>Ἀριστοτέλεος πρὸς Ἀλέξανδρον</sup>. sed qd simile: Illi & q̄ ipsis honesta essent, scribebāt, & grata Alexandro, & quid tu eiusmodi reperis? Mihi quidē nihil in mētē venit. Q̄ scribis te vereri, ne & gratia, & auctoritas nostra hoc meo męrore minuāt: ego qd hoīes, aut reprehēdāt, aut postulent, nescio. Ne doleā: q̄ potest! Ne iaceā: quis vnq̄ min⁹, dū tua me domus leuabat: Quis a me exclusus: quis venit, q̄ offenderet! Ad Asturā sum a te p̄fect⁹. Legere istī leti, q̄ me reprehēdūt, tā multa nō possunt, q̄ ego scripsi, q̄ bene, nihil ad rē, sed gen⁹ scribēdi id fuit, qd nemo abiecto aīo faceere posset. XXX. dies in hortis fui. Quis aut cōgressum meū, aut facilitatē sermonis desiderauit? Nō vbi sum ea lego, ea scribo, vt ii, q̄ mecū sunt, difficilius otiiū ferāt, q̄ ego laborē. Si q̄s requirit a te, cur Romę nō sim: q̄ discessus est, cur non sim in his meis p̄diolis, q̄ sunt huius tēporis: quia frequentia illā nō facile ferrē. Ibi sum igit̄, vbi is, qui optimas Baias habebat, quotānis hoc tēpus cōsumere solebat. Cū Romā venero, nec vultu, nec oratione rephēdar. Hilaritatē illā, qua hanc tristitiā tēporū cōdiebamus, in p̄petuū amisi. Cōstātia, & firmitas nec animi, nec orationis regret. De hortis Scapule hoc videt̄ effici posse, aliud tua gra-

Q̄diu.

Sex. Pom. fuga.

Leuor. Asinius Pollio.

Scripta Cicer. Maxie liberalissima.

Scapule heredes.

Acut⁹ magis q̄ eruditus.

Extitisset. Alleuor.

Anticato.

Discessus.

## Epistol. ad T. P. Atticum

ria, aliud nostra, aut p̄coni subiciant. id nisi sit, excludemur, sin ad tabulā venim⁹, vincemus  
 facultates Othonis nostra cupiditate. Nā qđ ad me de Lentulo scribis, nō est in eo. Faberia  
 na modo res certa sit, tuq; enitare, qđ facis: qđ volum⁹, cōsequemur. Quod queris qđiū hic:  
 paucos dies, sed certū nō habeo, simulac cōstituerō, ad te scribā, & tu ad me, qđiū in Subur-  
 bano sis futurus. Quo die ego ad te hęc misi, de Pylia, & Attica mihi quoq; eadē, q̄ scribis, &  
 scribunt, & nūciant. Nihil erat, qđ scriberē: scire tamē volebā, vbi esses, si abes, aut futur⁹ es;  
 quando rediturus esses, facias igit̄ velim me certiozem. Et quod tu scire volebas, lego, qñ ex  
 hoc loco, postridie Iduū Lanuuii constitui manere: inde postridie in Tusculano, aut Romæ.  
 vtrū sim factur⁹, eo ipso die scies, scis q̄ sit *εὐχαιῶν συμφορά*. Minime vito qđē, sed tamē  
 auide sum affectus de Fano: quod nisi, nō dico effectū erit, sed fieri videro, audebo hoc dice  
 re, & tu, vt soles, accipies, incu r̄fabit in te dolor meus: nō iure ille quidē, sed tamē feres hoc  
 ipsum, quod scribo, vt oīa mea fers. Attulisti oēs tuas cōsolationes, vnā hęc in rē velim cō-  
 feras. Si quis qđ optē, primū Scapulę, deinde Clodię, postea si Silius volet, Drusus ager, inu-  
 ste, Cufini, & Trebonii, puto Terētiū esse dominū, Rebilliū fuisse certo scio. Sin autē tibi Tu-  
 sculanū placet, vt significasti qbusdā literis, tibi assentiar. hoc qđē vtiq; p̄ficiēs, si me leuari  
 vis: quē iā etiā grauius accusas, q̄ patit̄ tua cōsuetudo, sed facis summo amore, & victus for-  
 tasse vitio meo, sed tñ, si me leuari vis, hęc est summa leuatio. Vel, si verū scire vis, vnā Hir-  
 cii epistolā si legeris, quæ mihi quasi *πρόπλευσμα* videtur eius vituperationis, quam Cēsar  
 scripsit de Catone, facies. quid tibi visum sit (si tibi erit cōmodū) me facito certiorē. Redeo  
 ad Fanum, nisi hac æstate absolutū erit, quā rē vides integrā restare, scelere me liberatū non  
 putabo. Nullū a te desiderauī diē literarū. videbā em̄ quę scribis, & tamen suspicabar, vel po-  
 tius intelligebā, nihil fuisse quod scriberes. Ad. VI. Iduū vero, & abesse te putabā, & plane vi-  
 debam nihil te habere. Ego tñ ad te fere quotidie mittā. Malo em̄ frustra, q̄ te nō habere cui  
 des, si qđ forte sit, quod putes me scire oportere. Itaq; accepi. VI. Iduum literas tuas inanes.  
 Quid em̄ habebas, qđ scriberes? Mihi tñ illud, qđ erat, nō molestū fuit, nihil aliud scire me  
 noui, nisi te nihil habere. scripsi tamē nescio qđ de Clodia. Vbi ergo ea est, aut quādo vētu-  
 ra? Placet mihi res sic, vt secundū Othonē nihil magis, sed neq; hęc vēditurā puto. delectat̄  
 em̄, & copiosa est, & illud alterū, q̄ sit difficile, te nō fugit. Sed obsecro enitamur, vt aliqd ad  
 id quod cupio, excogitem⁹. Ego me hinc postridie exiturū puto, sed aut in Tusculanū, aut  
 domū, inde fortasse Arpinū, cū certū sciero, scribā ad te. Venerat mihi in mētē monere te, vt  
 id ipsum, qđ facis, faceres. Putabā em̄ cōmodius te idē istud domi agere posse, interpellatio-  
 ne sublata. Ego postridie Iduū, vt scripsi ad te ante, Lanuuii manere cōstitui, inde aut Romę  
 aut ī Tusculano. scies autē vtrūq;. Qđ scies recte ī illā rē fore leuamēto, bene facis, cū id esset  
 (mihi crede) p̄inde, vt existimare tu nō posses. Res indicat quāto opere id cupiā, cū tibi audē  
 am cōfiteri, q̄ id nō ita valde p̄bare arbitrer, sed ferēdus tibi in hoc meus error, ferēdus: im-  
 mo vero etiā adiuuādus. De Othone diffido, fortasse qđ cupio: sed tamē maior etiā res est,  
 q̄ facultates nostrę, p̄sertim aduersatio, & cupido, & locuplete, & herede. Proximū est, vt ve-  
 lim Clodię, si ista minus cōfici possunt, effice qđuis. Ego me maiore religione, q̄ qđ fuit vllī  
 us voti, obstrictū puto. Videbis etiā Trebonianos, et si absunt domini. Sed, vt ad te heri scri-  
 psi, cōsiderabis etiā de Tusculano, ne ætas effluat, qđ certe nō est cōmittēdū. Et Hirciū ali-  
 qđ ad te *συμπλοκῆς* de me scripsisse facile patior (fecit em̄ humane) & eius epistolā ad me nō  
 misisse multo facili⁹, tu em̄ etiā humani⁹. Illi⁹ librū, quē ad me misit de Catone, p̄pterea volo  
 diuulgari ab tuis, vt ex istorū vitupatione sit illi⁹ maior laudatio. Qz p̄ Mustelā agis, habes  
 hominē valde idoneū, meiq; sane studiosum iā inde a Pōtiano. Perfice igit̄ aliqd. Quid autē  
 aliud: nisi vt aditus sit emptori, quod p̄ quēuis herede potest effici. Sed Mustelam id p̄fectu-  
 rum, si rogaris, puto. mihi vero locum, quem opto ad id, quod volumus, dederis, & præterea  
 illa Siliī, & Drusi nō satis *οικονομοῦν* mihi vident. Quid em̄ sedere to-  
 tos dies in villa ista: Igit̄ malim primū Othonis, deinde Clodię. Si nihil fiet, aut Druso lud⁹  
 est suggerēdus, aut vtēdū Tusculano. Qz domi te inclusisti, ratiōe fecisti, sed q̄so cōfice, & te  
 vacuū redde nobis. Ego hinc, vt scripsi antea, postridie Iduū Ianu. deinde postridie in Tu-  
 sculano. Cōtudi em̄ animū, & fortasse vici, si mō pmāsero. Scies igit̄ fortasse cras, summū perē  
 die. Sed qđ est q̄so: Philotim⁹ nec Cartini Pompeiū teneri: qua de re literarū ad Clodiū Para-  
 uinum misistū exemplū mihi Oppius, & Balbus miserant: sed id factū arbitrari, bellūq; nar-  
 rat reliquū satis magnū. solet oīno esse Fuluiaster, sed tamē si quid habes, mitte. Volo etiam

Rebillius.

Fanum.

Secundum  
Othonem.

Leuamētū.

Cras,  
summum  
perendie.  
Fuluiaster.

scire de Gabiniano naufragio, qd sit. ego hic duo magna *σωτάγματα* absolui. Nullo em alio modo a miseria quasi aberrare possum. Tu mihi etia si nihil erit qd scribas (qd fore ita vido) tñ id ipsum scribas velim, te nihil habuisse, qd scriberes, dumodo ne his verbis. De Attica optime *ἀκρόα*, tua me mouet, etsi scribis nihil esse. In Tusculano eo commodius ero, qd & crebri<sup>9</sup> tuas literas accipia, & te ipsum nonnuq videbo. Na cetera qdē *ἀνεκτότερα* erat Astu re: nec hec, q me refricant, hic me magis angut, etsi tñ vbiq sum, illa sunt mecu. De Gesa re vicino scripsera ad te, qd cognora ex tuis literis, eu

Quirini malo, q Salu tis. Tu vero peruulga Hirciu: id em ipsum putara, qd scribis: vt cu ingenu amici nostri pba retur, *ὑπόθεσις* vituperandi Catonis irrideretur. Vincā (opinor) animu, & Lanuuiū pergā in Tusculanu. aut em mihi in ppetuu fundo illo carendu est (na dolor ide manebit, tantummo do ocyus) aut nescio, qd intersit, vtru illuc nuc venia, an ad decē annos. Neq em ista maior admonitio, q qbus assidue coficior & dies, & noctes. Quid ergo inquires? Nihil literę in hac quide re: vereor ne etia cōtra, na essem fortasse durior. Isto em aio nihil agreste, nihil inhu manum est. Tu igit, vt scripsisti, nec id incōmodo tuo: vel (bine em taru potuerūt literę) oc curram etia, si necesse erit, ergo id quide, vt poteris. De Mustella, vt scribis, etsi magnu opus est, eo magis delabor ad Clodia: qd in vtroq Faberianu nomē exploradu est, de quo nihil no cuerit, si aliqd cum Balbo eris locutus: & quide, vt res est, emere nos velle, nec posse sine isto nomine, *καὶ* audere incerta. Sed quādo Clodia Romę futura est, & quāti rē astimas, eo pror sus expecto. nō quia illud malim, sed & magna res est, & difficile certamē cu cupido, cu locu plete, cu herede: etsi de cupiditate nemini cōcedā, ceteris rebus infirmiores sumus. Sed hec coram. Hircii librū (vt facis) diuulga. De Philotimo ide & ego arbitrabar. Domū tuam plu ris video futurā vicino Cesare. Tabellariū meū hodie expectam: nos de Pylia, & Attica cer tiores faciet. Domi te libeter esse facile credo, sed velim scire qd tibi restet, aut ia ne cofecea ris. Ego te in Tusculano expecto, eoq magis, q Tironi statim te veteru scripsisti, & addidi sti, te putare opus esse. sentiebā oīno quantū mihi p̄sens pdesse, sed multo magis post disces sum tuū sentio, quā ob rē, vt añ ad te scripsi, aut ego ad te totus, aut tu ad me, qd licebit. He ri nō multo post q tu a me discessisti, puto qdā vrbani, vt videbant, ad me mādata & literas attulerūt a C. Mario Cn. Corfinio. mltis verbis agere mecu, p cognationē, q mihi secū esset, p eum Mariū, quem scripsissem, per eloquētiā L. Crassi auī sui, vt se defenderē, causamq suā mihi perscripsit. Rescripsi patrono illi nihil opus esse, quoniā Cesaris p̄p̄nqui eius omīs po testas esset, viri optimi, & hoīs liberalissimi: me tamē ei fauturū. O tempora, fore cu dubitet Curtius cōsulatū petere, sed hec hactenus. De Tironē mihi curę est, sed ia sciam quid agat. Heri em misi, q videret, cui etia ad te literas dedi. Epistolā ad Cesarē tibi misi. Horti, quam in diē p̄scripti sint, velim ad me scribas. Vt me leuarat tuus aduēt<sup>9</sup>, sic discessus afflixit. Qua re, cu poteris, idest cu Sestii auctiōni operā dederis, reuises nos, vel vna dies mihi erit vtilis: quid dicā gratius? Ipse Romā venirē, vt vna essemus, si satis consiliū quadā de re haberē. Ti ronem habeo citius, q vere bar, venit etia Nicias, & Valeriū hodie audiebā esse venturum. q uis multi sint, magis tamē ero solus, q si vnus esses. Sed expecto te a Peduceo utiq, tu autē significas aliqd ēr añ: verū id qdē, vt poteris. De Virgilio, vt scribis, hoc tñ velim scire, quā do auctiō. Epistolā ad Cesarē mitti, video tibi placere. Quid queris? Mihi quoq idē maxime placuit, & eo magis, q nihil est in ea nisi optimū, & optimi ciuis, sed ita optimi, vt tēpora, q bus parere omnes *πλιθύνοντες* p̄cipiunt, sed scito ita nobis esse visum, vt isti ante legerēt. Tu igit id curabis: sed nisi plane iis intelliges placere, mittēda nō est. Id autē vtru illi sentiāt, an vero simulēt, tu intelliges: sed mihi simulatio p repudiatione fuerit. *τὸ ὄντως*. De Cere lia qd tibi placeret, Tiro mihi narrauit, debere nō esse dignitatis meę perscriptionē tibi pla cere: hoc metuere, alterū in metu nō ponere. Sed & hec, & multa alia corā. Sustinēda tamen (si tibi videbit) solutio est nominis Cereliani, dū & de Metione, & de Faberio sciam<sup>9</sup>. L. Tul lium Montanū nosti, q cu Cicerone p̄fectus est, ab eius sororis viro literas accepit, Montanū Planco debere, q p̄p̄s p Flaminio sit, HS. XX. de ea re nescio qd a Montano rogatū. Sane ve lim, siue Placus est rogādus, siue qua re potes illū iuuare, iuues: p̄inet ad nostrū officium, si forte res tibi notior est, q mihi: aut si Plancū rogādū putas, scribas ad me velim, vt qd rei sit, & quid rogādū, sciā. De epistola ad Cesarē qd egeris, expecto. De Silio nō ita sane laboro, tu aut Scapulanos, aut Clodianos efficias, necesse est. Sed nescio qd videris dubitare de Clo dia, vtru qn veneāt, an sint ne venales. Sed qd est, qd audio Spinterē fecisse diuortium: De

Syntagma ta.

Dūmō ne his verbis Acedia.

Quirini malo q Sa lutis.

Hircii lib.

Curti<sup>9</sup> cō sulatū pete re dubitat.

Virgilius.

Tēporibus parendum

P̄p̄s.

Spinteris diuor.

# Epistol. ad T. P. Atticum

Postmeridi  
anę & ma-  
tutine lifę.

lingua latina securi es animi, dices, q̄ talia cōscribis. ἀπόγραφα sunt, minore labore flunt. verba tamē afferō, q̄bus abūdo. Ego, etsi nihil habeo, q̄d ad te scribā, scribo tamē, q̄a tecū loqui videor. Hic nobiscū sunt Nicias, & Valerius. Hodie tuas literas expectabamus matutinas, erunt fortasse alterę postmeridiane, nisi te Epiroticę literę impediēt, quas ego nō interpellō. Misi ad te epistolas, ad Martianum, & ad Montanum: eas in eundem fasciculum velim addas, nisi forte iam dedisti. Vale.

## M. T. CICERONIS EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM LIBER. XIII. T. P. ATTICO.

Hortos ha-  
beo.



**D** CICERONEM ita scripsisti, vt neq̄ seuerius, neq̄ temperatius scribi potuerit, nec magis, q̄ quęadmodū ego maxime vellē. Prudentissime etiā ad Tullios. Quare aut ista pficiēt, aut aliud agam? De pecunia vero, video a te omnē diligentiā adhiberi, vel potius iā adhibitam esse. efficis em̄. a te hortos habeo. Nec vero vllum genus possessionis est, q̄d malim: maxime scilicet ob eā causam, q̄ suscepta est: cuius festinationē mihi tollis, qm̄ de estate polliceris, vel poti⁹ recipis. deinde etiā καταβίωσιν, molestitiāq̄ minuendam, nihil mihi reperiri potest aptius. cuius rei cupiditas impellit me interdum vt te hortari velim, sed me ipse reuoco. Nō em̄ dubito, quin quod

Ariarathes

Parochia:  
publ.

Refers ad  
me.

Aegypta  
libertus.  
Decē leg.

Magni in-  
terest mea.

me valde velle putes, in eo tu me ipsum cupiditate vincas. itaq̄ istuc iā p̄ facto habeo. Expecto quid istis placeat de epistola ad Cęsarē. Nicias te (vt debet) amat, vehementerq̄ tua sui memoria delectatur. Ego vero Peduceum nostrum vehementer diligo: nam & quanti patrē feci, totum in hunc ipsum persequor: eque amo, atq̄ illum amaui. te vero plurimum, q̄ hoc ab vtroq̄ nostrum fieri velis. Si hortos inspexeris, & si de epistola certiorē me feceris, dederis mihi quod ad te scribam: sin minus, scribā tamē aliquid, nunq̄ deerit. Gratiōr mihi celeritas tua, q̄ ipsa res. quid em̄ indignius? Sed iā ad ista obduruimus, & humanitatē omnē exuimus. Tuas literas hodie expectabā, nihil equidē vt ex his noui. Quid em̄? Verūtamen Opio, & Balbo epistolas deferri iubebis. & tamē Pisonē sicubi de Auio. Faberius si venerit, videbis vt tantū attribuat, si modo attribuetur, quantū debetur. accipies ab Erote. Ariarathes Ariobarzani filius Romā venit, vult opinor regnū aliquod emere a Cęsare. Nā quomodo nunc est, pedē vbi ponat in suo nō habet, omnino eū Sestius noster parochiis publicis occupauit, q̄d quidē facile patior. Veruntamen q̄ mihi summo beneficio meo cū fratribus illius necessitudo est, inuito eū p̄ literas, vt apud me diuerse. Ad eā rē cū mitterē Alexandrū, has ei dedi literas. Cras igitur auctio Peducei, cum poteris, etsi impediēt fortasse Faberius, sed tamē cū licebit. Dionysius noster grauiter queritur, & tamē iure, a discipulis abesse tandiu. multis verbis scripsit ad me. credo itē ad te. mihi quidē videtur etiam diutius abfuturus, ac nollem. valde em̄ hominē desidero. A te literas expectabā. nondū scilicet, nā has mane rescriberam. Ego vero ista nomina sic p̄bo, vt nihil aliud me moueat, nisi q̄ tu videris dubitare. Illud enim non accipio in bonā partem, q̄ ad me refers. Quid si ipse negotiū meum gererē? nihil gererem, nisi cōsilio tuo. sed tamē intelligo, magis te id facere diligentia, qua semp̄ vteris, q̄ q̄ dubites de nominibus istis. Etenim Cęlium nō probas, plura nō vis. vtrunq̄ laudo. His igitur vtendum, expers aliquando factus esset in his quidem tabulis. A me igit̄ omnia, q̄ dies longiores: teneamus modo, q̄d volumus. Puto fore istā etiā a p̄cone diem, certe ab heredibus. De Crispo, & Mustela videbis: & velim scire, quę sit pars duorum. De Bruti aduētu eram factus certior, attulerat enim ab eo Aegypta libertus literas. Misi ad te epistolā, q̄a commode scripta erat. Habeo munus a te laboratum decem legatorum, & quidē puto. nam Silius natus anno, postq̄ fuit Consul Mumius. Sed quoniam sepius de nominibus queris qd placeat, ego tibi quoq̄ sepius respōdebo placere. Si qd poteris cum Pifone, cōfficies. Auus. n. videtur in officio futurus. Velim autē possis: si minus, vtiq̄ simul sim⁹ cū Brutus in Tusculanū veniet. magni interest mea, vna nos esse. scies autē, q̄ dies is futurus sit, si puero negotiūm dederis, vt querat. Spuriū Mumiū putarā in decē legatis fuisse, sed videlicet εὐλοπὴν fratris fuisse. Fuit em̄ ad Corinthū. Misi tibi Torquarū. Colloquere tu qdem cum Silio, vt scribis, & tu verge. Illam diem negabat esse mense Maio, istam non negabat. Sed tu, vt omnia,